105



# Proloquium ad Act.es

Ut hanc præ aliis materiæ vigiliis nostræ præsentis anni præscriberem, compulit certè bonus ordo, congruæ doctrinæ, et tractatus methodus: cum meritum (ut docet S. Thomas 1a 2æ q. 21 art. 3) sit quædam affectio, seu proprietas actus humani, et moralis, post hujus explanationem, quam superiore proximè anno fecimus, illud modo explanare debuimus. Ad hæc, explanata in superiore anno à nobili prædecessore meo gratia habituali, conveniens est, ut de merito hominis justi, quod est ejus effectus, disseramus, eorum Theologorum methodum sequentes. Non parum præterea deserviet ea tractatio ad faciliorem, atque expeditiorem eorum captum, quæ in prælectionibus matutinis de meritis Christi Domini, nobiliore, et subtiliore calamo exarata vobis tradent.

Movit denique rei, quam assumimus explanandam, dignitas, et excellentia, quæ satis ab Apostolo commendantur, dum ait: Momentaneum, et leve tribulationis nostræ æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Quid de merito præstantius prædicari potuit? operis itaque difficultas!. 1. ex eo satis dignoscitur, quod de ea re sermo nobis sit habendus, quæ nobis Deum ipsum constituit debitorem, Deum, inquam, de quo stupefactus Iob testatur, quod si quis voluerit contendere cum eo, non poterit respondere unum pro mille.

Sed jam, ut ad rem propius veniamus, de merito agit D. Thomas 1a 2æ q. 114, et cum eo copiosè multi disputant Theologi, ut multa ad meritum spectantia soleant disputari in tractatu de Incarnatione occasione meritorum Christi Domini. Nos à tractatu, ut in proprio loco, ea omnia tractata dabimus, quæ necessaria videbuntur, ut natura meriti, conditionesque ejus, atque ejus proprietates plenè, et dilucidè dignoscantur. Faxit Deus, intercedente B.ma ejus Matre, ut noster hic qualiscumque labor in ipsius majorem gloriam, nostramque cedat utilitatem.




V Codex



# Controversia 1a

## De merito in universum

### Disputatio 1a

### Quid sit meritum?

Ut quisquis huius operis scopus sit indagare naturam, et proprietates meriti Theici, et supernalis; quia in natura generis generici multum iuvat, ut species sub illo contentae perfectius dignoscantur, prius disputationem committimus de merito in communi, quae nobis ad reliquas praesentis tractatus disputationes aperiat.

### Caput primum

### Meriti in communi definitio traditur, et explicatur.

1 Missis aliorum minus congruis meriti definitionibus, quas brevitatis causa, nec refero, nec impugno, meriti in communi definitionem sic construo: Est morale obsequium alteri superiori factum, movens in collationem alicuius boni pro illius compensatione. Definitio est ad regulas logicae legitime structa. Nam morale ponitur loco generis, per quod convenit meritum cum actionibus reliquis humanis, et moralibus, quae merita propriae non sunt. Reliquae autem definitionis particulae loco differentiae ponuntur, per quam meritum differt ab omni eo, quod meritum absolute non est. Hoc ut plenius, et planius constet, singulas definitionis particulas eius seorsim breviter explico.

2 Primo meritum debet esse aliquis actus moralis; proindeque includit constitutiva moralitatis, de quibus satis diximus in tractatu de bonitate et malitia humanorum actuum a n. 1o. Unde meritum dicit libertatem, idque potius supponendum, quam probandum: etenim ipso naturae lumine compertum est, actus naturales, et non liberos, non esse imputabiles ad praemium, aut poenam. Hinc credere natura, capaces esse meriti, aut demeriti posse homines naturales, et libertatis expertes: nec egemus ad suadendam hanc veritatem efficaciori alio argumento, quam quod ipso naturae ductu, quod disertissima, et elegantissima periodo concludit Aug. lib. de duabus animabus cap. 11 his verbis: Nonne ista „ cantant, et in montibus pastores, et in theatris Poëtae, et indocti in circu„ lis, et docti in bibliothecis, et Magistri in scholis, et Antistites in locis„ sacris, et in orbe terrarum genus humanum? „

3 V. meritum dicit obsequium, idest, cedens in aliquod bonum alterius: bonum, inquam, vel delectabile, vel utile, vel alia ratione respectiva bonum. Ergo de- ratione denominationis ad denominationem meriti requirit: quoniam denominatio meriti est de- nominatio causae moralis potentis ex se movere alteram personam ad retribu- tionem, seu praemium illius, quod denominat meritum; sed ipso ablato, quod meritum de- nominet cedens in aliquod bonum alterius, sic, et immediate aufert, quod denominet meritum: ergo etc. Minor probatur; nam retributio denominat talis essentialiter, adeo, quod is, qui retribuit, acceperit aliquod bonum ab eo, cui retribuit: quando vero simpliciter bonum acceperit prius à Deo, et tamen Deo aliquod bonum tribuat, dicitur tribuere, non retribuere Deo.

N. Nobilis quidam Doctor excludere vult à ratione meriti dictam rationem obsequii, iudicans meriti rationem ipsam consistere, et satis salvari in ho- nestate operis: unde eo ipso, quod opus sit bonum, et honestum, meritorium esse existimat. Sed refutat facile hanc cogitationem ex parte dicti, quae ulterius suadeo; cum enim meritum, ut tale, respiciat retributionem, oportet, ut retributio ex- spectet, et debeat à persona determinata: quod enim à nullo debet, à nullo iure aliquo exigitur; sed non debet merces ab aliqua persona, nec ab ea iure ali- quo exigi potest, nisi actio ad ipsam dirigatur, et in eius obsequium cedat: ergo ut opus sit meritorium, debet fieri in obsequium alterius, et cedere in bonum, idest utilitatem, honorem, aut delectationem illius, qui mercedem, sive praemium redditurus est. Et certe nullus petit, aut exspectat praemium ab eo, ad quem actionem suam non dirigit, nec ipsam in eius obsequium, vel honorem cedit.

Q. Fateor quidem, omnem actum bonum, et honestum eo ipso, quod libere eliciatur, laude aliqua dignum esse, reddereque hominem dignum laude; at actum meritorium, quatenus talis, addit ulterius, quod aliquo modo exigat praemium, sive ita ut ei non aliqua inferatur, si praemium neget, quod contingere videtur in merito de condigno, sive ex quadam decentia, ut in merito de congruo. Ut differentiam laudabilis, et meritorii in actu libero facile dignoscas, notandum est, actum non dici laudabilem ratione placitis alicuius personae, sive sit superior, sive inferior, sive aequalis, sed generatim quod laudem à quocumque aequo vero aestimatore mereatur; at meritum respicit peculiarem personam, imo non quamlibet,

sed superiorem

sed superiorum; vel potentiorum.

5 Unde immeritò non nulli Magistri rationem meriti cum ratione laudabilitatis confundunt: immeritò, inquam, quoniam non eodem modo respicit laudem, quo præmium, ita scilicet ut obligationem laudandi inducat, saltem per se loquendo, ut considerantibus patebit. Quare licet omnis actus bonus sit laudabilis, seu aptus laudari à quocumque; nemo tamen per se loquendo tenetur illum laudare: meritum verò exspectat retributionem, et aliquo modo exigit præmium ab eo, qui in cuius commodum fit.

6 Secundò meritum dicitur obsequium alteri factum: quia meritum non nisi inter duo versatur; nemo enim dicitur mereri apud se ipsum. Ubi hic notandum primò, quòd ad rationem meriti sufficit alteritas in ratione operis, et voluntatis, sicut est ad satisfaciendum ex iustitia, ut cernitur in Christo Domino; nam Christus in recto, et ut persona quæ importat ipsum Verbum, quod Verbum non est distinctum à Deo. Notandum secundò, quòd licet ad rationem meriti requiratur, quod cedat in bonum alterius, illud alterum non debet esse necessariò una persona unitate rigorosa, qualis est Petrus; sufficit enim, si sit una unitate collectionis, qualis est Respublica, seu duæ, vel plures personæ superiores sint, in quarum bonum cedit meritum.

Additur deinde particula illa superiori; quia persona, quæ mereri dicitur, debet esse inferior, et illa, apud quam meritum exercet, debet esse aliqua ratione superior, vel intrinsecè, et essentialiter, qualis est Deus respectu creaturæ, vel extrinsecè, et accidentaliter superior, qualis est superior respectu subditi, qui superior est superioritate iurisdictionis, aut dignitatis, vel accidentaliter superior in gradu, et dignitate morali excellentiæ, qualis est nobilis respectu plebeij. Ergo quod meritum denominet tale ab ista relatione praedicamentali fundatali superioritatis, et inferioritatis, constat imprimis ex communi loquendi modo apud omnes Theologos, qui utuntur voce ista ~~ ~~ meritum: nam licet Deus benefaciat creaturæ, minimè dicitur Deus mereri apud creaturam. Idemque dicendum de domino benefaciente servo. Nec ex duobus amicis ordinariè inter se æqualibus benefaciens alteri dicitur apud eum mereri; sicut iste, si retribuat bonum pro bono, non dicitur alterum amicum remunerare: quapropter proculdubio posito ablato, quod benefactor sit inferior beneficiato, fit, et immediatè aufertur denominatio meriti, et merentis in illo, qui benefacit: ergo ad denominationem meriti necessariò consideratio requirit eam relationem.

7 Dicitur denique merens

incollos alicuius boni pro illis compensoe. Quoniam meritum, ut tale, duplicem relationem includit: unam ad personam praemiantem, illam nimirum, a qua fit collatio illius boni, quod confert in compensationem operis facti, et quod praemium nominatur. Alteram ad praemium ipsum, ad cuius collationem movet, et inducit praemiantem. Ideo tali ratione suadetur: nam meritum, ut tale, constituitur per hoc, quod est movere de se, et inducere ad compensationem facti per aliquod bonum; quod impleat, compensationem fieri, et quod non fiat ab aliquo et insuper, quod non fiat per aliquod bonum, nempe illud, ad quod movere dicitur: ergo meritum, ut tale, dicat relationem aliquam, et ad personam compensantem, seu compensare potentem, et ad bonum illud, quo compensatio peragitur. Atqui bonum, quod merito correspondet, dicitur praemium, et quod confert hoc bonum dicitur praemians: ergo meritum, ut tale, hanc duplicem relationem importat, nempe ad praemiantem, et praemium. Respicit autem praemium tamquam effectum moralem sui; cum enim movet, et inducit ad compensationem, moraliter causat ipsam compensationem.

Unde meritum considerari potest, et in actu primo causalitatis, et in actu secundo. In actu primo causalitatis dicet illud, quod potest causare praemium; in actu secundo causalitatis illud dicet, quod actualiter causat praemium.

Hic celebre occurrit argumentum, quod sic breviter propono. Pone, Deum decrevisse, nullum praemium Petro conferre, ut honesto, et omni bonitate insignito actum eliciat: pone deinde, Deum Petro revelare hoc suum decretum; ac tandem, Petrum hac revelatione ductum eliceret actum fidei, quo credit Deo revelanti, i. actum internum suae voluntatis, et supernaturalem, si placet, quo conferet illi legi, sive decreto divino, amplectendo illud per suum affectum. Tunc sic: tum hic actus fidei, tum internus affectus voluntatis sunt actus honesti, et meritorii; quod illis repugnat praemium: ergo datur actus honestus, et meritorius, cui de se, et natura sua repugnat praemium; atque adeo meritum, ut tale, non dicit essentialiter relationem ad praemium.

Variis solutionibus excipitur hoc argumentum, quas videbis, si lubet, apud P. Aleg. Ego breviter respondeo, eos actus esse meritorios, quod ex se movent, et inducunt ad praemium, nec datur in eis aliquod reppugnantia quod movere non possint: possunt enim habent totam virtutem intrinsece requisitam ex parte actus ad hanc motionem, ita ut per ipsum non stet, quod praemium actu non conferat. Cum autem meritum sit causa praemii, quatenus est virtus movens ad illud

vens ad illud, et dicat rel. ad premium, quatenus est illius causa, fit manifestum, quod dicit rel. ad premium, quatenus est virtus movens ad illud. Unde clare cernit, eos male dicere rel. ad premium ea ratione, qua sunt virtus movens ad illius collationem. Quod si premium non est coniungibile cum ijs actibus, id non provenit ex defectu virtutis motivae in illis, sed ex incapacitate agentis conferentis premium cum crevisse dicitur de non conferendo. Sicut, quod materia prima informata a forma incorruptibili non recipiat aliam formam corruptibilem, quod haec non est coniungibilis cum forma incorruptibili, non tollit, quod materia sit potentia, et dicat rel. ad formam corruptibilem, etiam dum informata est forma incorruptibili.

## Caput IV.

## Nullis nominibus magis eluceat ratio meriti.

9 Ut neque meriti penitus inscias, notes I, meritum ex se indifferens esse ad bonum, et malum opus: hoc enim dignum est retributione poenae, sicut illud retributione premij. Sic dicitur Matthaei 16: Reddet unicuique secundum opera sua, bona videlicet, aut mala. Et in operibus malis meritum agnovit Iob, dum dicit 6 cap.: Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui. Usus tamen in usu receptum est, ut nomen meritum tantum applicetur bonis operibus: mala enim, quae poena digna sunt, demerita, seu mala merita appellant, ut loquitur Augustinus lib. de Gratia, et libero arbitrio cap. 5, et 6: l. meritum supplicij ex eodem Augustino lib. 83 Quaestionum q. 68.

10 Notes II, attenta communi correspondentia valoris, et compensationis, posse dari meritum per se superioris ad inferiorem, et communiter ad aequalem, et posse dari compensationem premij per se inferioris ad superiorem, et communiter ad aequalem; tamen hoc communis loquendi modus, qui invaluit, meritum non exerceri, ubi necessaria inaequalitas non invenit: unde non dicitur mereri, nisi inferior apud se superiorem, ut habetur n. 6. Quare nec Deus dicitur apud creaturas mereri, nec Rex apud subditos, imo nec apud Regem, nec dominus apud servum; neque homines actiones, licet bonitatem habeant moventem ad aliquam compensationem sui, et licet cedant in honorem, et utilitatem inferiorum, dicuntur merita: mea bona, quae per se illis ab inferioribus retribuunt, dicuntur premia.

11 Nec sine congruentia invaluit mos iste loquendi: cum enim meritum, quod Theologi agnoscunt, sit creaturae apud Deum, et illi premium

sit Dei erga creaturam, ex quo sequitur dubio procul personam merentem esse inferiorem, et praemiantem superiorem, inde mutuata proportione derivatur ratio inferioris ad meritum, et ad personas merentes, et ratio superioris ad praemium, et ad personas praemiantes. Sic itaque reputatur meritum actio inferioris ad superiorem, et praemium appellatur donum superioris ad inferiorem. Similes quoque actiones, quae inter personas aequales exercentur, nec merita, nec praemia proprie dicuntur.

12 Notes 3°, libertatem ad meritum requisitam debere esse actualem, nec aptitudinalem sufficere: id est, ut actus sit meritorius, debet esse actualiter liber, nec sufficit, quod potuerit esse liber. Suadetur: nam meritum dicit essentialiter moralitatem actus; quae autem in esse moralis essentialiter constituitur per libertatem actualem, ut fusius diximus in tractatu de Actibus humanis a n° V. et 6. Unde etiam colligitur, nec de potentia Dei absoluta dari posse meritum sine dicta libertate. Probatur: quia sine eo, quod requiritur ad constitutivum formale rei, haec non potest salvari, etiam de potentia Dei absoluta. Poterit quidem Deus pro suo libero nutu, et arbitrio conferre gratiam, v.g. et gloriam, vel quodlibet aliud donum, aut munus naturale, aut supernaturale propter opus necessario elicitum, et sine libertate; non tamen conferet eiusmodi dona propter meritum, sed pro suo nutu ad positionem illius operis: sicut pro suo nutu potest eadem munera liberalissime conferre, nullo prorsus expectato opere libero, vel necessario: minime autem praestare poterit, quod opus sine libertate elicitum meritum sit, sicut neque, quod sit homo entitas aliqua sine eo, quod essentialiter requiritur ad constitutivum hominis.

13 Hinc rejiciuntur Maior, Gabriel, et Holcot apud P. Rip. tom. 2° de supernali disp. 7ª sect. 1ª docentes, Christum Dominum meruisse per actum fruitionis, et dilectionis Beatificae, qui tamen necessarii sunt, et non liberi libertate indifferentiae: rejiciuntur, inquam, nam vel dicendum est cum P. Vasquez 3ª parte disp. 7ª cap. 4, et 5°, Christum Dominum non meruisse per amorem Beatificum: vel dicendum cum P. Suarez disp. 39 sect. 2ª, qui concedit quidem, fuisse meritorium amorem Beatificum in Christo Domino; non tamen sine libertate: nam eo ipso, quod meritorium adstruat, debet ipsi inesse libertas aliqua, vel contradictionis, vel contrarietatis, nimirum vel ad omissionem ipsius amoris Beatifici, vel ad plures, et inaequales intensiones. Unde insufficienter persistit, quod eiusmodi actus amoris sit simul meritorius, et necessarius.

Dicet aliquis.

14 Dicet aliqs. Meritu pendet ex acceptione Diva, qua proinde tribuente valore actui, poterit que facere reddere actu pure creatu finitu infinitu valoris: q. Confir. Nq sola honestas actq est radix meriti; sed honestas Conset est actui naturalis: q poterit actus esse meritorius, quamvis naturalis. Futilis instantia. Nq, ut demq, quod meritu pendeat ab acceptione Diva, non tamen est ab illa adaequate pendens: semper enim supponit honestatem, et reliqua, quae constituunt actu in ratione meritorij esse. Imo hinc retorquet argutu: nq Deus non potest acceptare ad meritu, id est sola sua acceptione constituere meritoriu actu, in quo non supponat honestas, quae forte est radix meriti: q neq illu actu, in quo non supponat libertas. Patet consequentia; nq aequo iure utrumq ad meritu requirit. Ante vero, supposita libertate, et honestate actq, possit Deus pro suo libito, meriti valore, et condign. augere, auge finitu reddere valoris infiniti, alibi dicet. Ad confirmationem vero, sola honestate non esse adaequatam radicem meriti, sed debere coniungi cum moralitate, et libertate, ut ex dictis constat.

15 Notes V., libertatem ad meritu requisitam debere esse libertatem re ipsa existentem, nec existimatam sufficere. Sic comis sententia, quae brevi suadet: nq libertas existimata revera libertas non est; sed ad meritu libertas requiritur, quae revera libertas sit: q non sufficit existimata. Id est aliter sic: ad meritu requirit libertas, quae revera libertas sit; sed sola libertas, quae re ipsa existit, est libertas, quae revera talis sit: q ad meritu requirit libertas, quae re ipsa existat. Urget: nq eadem ratione requirit libertas ad meritu in comi, atque ad meritu aeternae vitae requirit supernalitas, v.g., et gratia subiecti; sed gratia subiecti, et supernalitas actus requirunt reipsa existentes, et non sufficiunt existimatae: q. Aliter patet: nq quantumvis homo eliciens actu honestu, conducentem ad aeternam vitam, existimet esse in gratia, si tamen peccator sit, non eliciet actu meritoriu. Sibi, si eliciat actu naturalem, quantumvis existimet, esse supernalem, ut fatent omnes: q tandem

16 Dices cum P. Her. apud P. Oviedo: ut actus sit honestus, aut turpis, non requirit honestas, aut turpitudo reipsa existens in objecto, sed sufficit turpitudo, aut honestas duntaxat existimata, ut et nos ipsi docuimus in tractatu de Actibus humanis: q pariter, ut actus sit meritorius, non requirit libertas reipsa existens, sed sufficit existimata

Vide, si Pz omitteret actum dicendi, adquem Deus paratus non haberet suum concursum, existimans tamen esse reipsa paratum, peccaret utique, non aliter ac si reipsa concursu esset paratus. Sibi, si actum charitatis eliceret, quem reipsa cohibere non posset, existimans quod se posse, talem actum cohibere, mereretur utique non minus, ac si reipsa illum cohibere posset.

17 Concesso antecedenti, nego consequentiam; discrimen paritatis est: nam ea, quae concurrunt ad actum ex parte obiecti, longe alia sunt ab ijs, quae concurrunt ex parte potentiae. Quae concurrunt ex parte potentiae, physice, vere, et immediate concurrunt in actum, sive efficienter, sive affectu, et dignitate: et huius generis supernaturalitas, gratia, libertas etc. Quae autem ex parte obiecti concurrunt, non physice vere, et immediate, sed intentionaliter, et mediate concurrunt; mediante nimirum cognitione, seu existimatione; ac proinde sufficit, si existant intentionaliter, seu in existimatione: quomodo concurrit bonitas, aut malitia obiecti. Quapropter bene docuimus in tractatu de Bonitate, et malitia actuum humanorum a nobis [illegible], ex bonitate, quae tantum est in obiecto existimata, resultare veram, et realem bonitatem moralem in actu: quia bonitas moralis non desumitur immediate et proxime ex bonitate obiectiva secundum se, sed ex conformitate actus cum dictamine recto rationis hic et nunc proponente, hoc obiectum esse bonum: cum autem actus reipsa conferat cum dictamine, quamvis dictamen erraret in obiecto, quod proponit, fit, quod quamvis bonitas sit tantum existimata per dictamen in obiecto, sit vera, et realis bonitas moralis in actu per conformitatem ad dictamen.

Disputatio 2a

Quotuplex sit meritum?

Caput 1um

Divisio meriti in meritum de condigno, et de congruo exponitur.

18 Vulgaris est meriti divisio in meritum condignum, et congruum, quam licet communiter admittant, non tamen uno, atque eodem modo exponunt. Praemissis alijs explicationibus, nobis maxime arridet, quam tradit D. Thomas in 2. dist. 27. q. 1. art. 3. his verbis: Tunc dicitur aliquis mereri ex condigno, quando invenitur aequalitas inter praemium, et meritum secundum rectam aestimationem; ex congruo autem tantum, quando talis aequalitas non invenitur, sed solum secundum liberalitatem donantis, munus tribuitur, quod dantem decet.

Idem habet

Idem habet Ang. Mag. 1a 2ae q. 114 art. 6 ad 2um. Ad cuius mentem dicendum nobis est, meritum condignum esse, quod est equale cum premio factum recta estimatione: meritum vero congruum, quod factum recta estimatione non est equale, sed est inequale cum premio, quod non confert, quod decet liberalitatem premiantis. Unde non sunt audiendi, qui dicunt, meritum condignum illud esse, quod obligat ex iustitia ad collationem premij; meritum vero congruum, quod non ita, sed ex decentia, congruitate, sed misericordia. Refutantur quia sed ex hoc solo capite, quia rem de se certam, et indubitatam, qualis est divisio meriti in condignum, et congruum, per res valde dubias, et maxime controversas, declarare contendunt. Imprimis valde dubium est inter theologos, nec sit possibilis obligatio ex iustitia Dei inter, et creaturam, et plurimi sunt, qui partem negativam defendant; nec tamen tenent nullum meritum condignum creature apud Deum: sed ratio meriti condigni salvatur sine obligatione iustitie.

19 Video, posse veri, admittenda obligatione ex iustitia; posse retinere predicta exempla per merito condigno, asserere, illud esse debere talis nature, ut si aliunde non repugnet iustitia inter merentem, et premiantem, meritum inducat obligationem iustitie ad conferendum premium. Quam inde clarius constituo, condignitatem meriti ponere, et debere explicari per alias rationes, quam nota fiat ea ratione, ratione cuius potest inducere obligationem iustitie. Praeterea est ubi non intervenit obligatio ex iustitia, sed ex fidelitate; imo ubi nulla obligatio intercedit, sed ex fidelitate, sed ex iustitia, potest dari meritum condignum, ut constabit ex alibi dicendis.

20 Posse tamen meritum condignum esse meritum ex iustitia, quia nimirum adsunt reliqua omnia requisita, que necessaria sunt ad obligationem iustitie: quod precipuum fundamentum ad iustitiam est equalitas inter datum, et acceptum, que cum reperiatur in merito condigno, bene infertur, posse fundare obligationem iustitie: cum autem eadem met in merito congruo non inveniatur, communis est, quod meritum congruum non inducat obligationem iustitie, sed respiciat duntaxat misericordiam, aut liberalitatem premiantis.

21 Sed ut equalitas ista meritum inter, et premium plenius percipiatur, notetur vero, eam debere esse factam recta estimatione: quod non est equalitas physica, sed moralis, id est, que consistit in iusta prudentum estimatione. Sed itaque attentis omnibus circumstantiis personis premiantis, et merentis, opus merentis iudicatur equalis valoris, et estimationis cum premio, tunc meritum est condignum; quod si vero opus non reputatur equalis valoris, et

estimat, et attendit ad liberal. praemiantis, et censet, ipsi decere tale praemium conferre, tunc meritum est congruum.

22. Notet deinde, hanc aequalitatem, quam de condigno meriti condigni esse diximus, non debere esse arithmeticam consistentem in indivisibili, sed geometricam sufficere, quae latitudinem aliquam, et divisibilitatem admittit. Ratio desumitur ex iis, quae cernimus evenire in rebus, quae pretio aliquo compensant in hominum commercio, et usu: cernimus enim inter pretium, et rem appretiatam dari aequalitatem cum pretium rei sit, quod aequaliter illius valori correspondet: et tamen in pretiis latitudo aliqua reperitur, sicut datur pretium summum, medium, et infimum, quorum quodlibet iustum reputatur, et adaequans valorem rei, illius ex aequo correspondens: ergo similiter praemium potest contingere; quandoquidem praemium vocatur stipendium, et veluti pretium meritorum. Hinc ulterius notet, et inferat, posse praemium aliquod aequale cum merito excedere praemium aliud, quod aequale sit cum eodem merito: quia licet aequalitas arithmetica et physica hunc horum excessum non admittat, bene tamen aequalitas moralis. Inferat etiam ex hoc eodem, posse meritis aequaliter inaequalia praemia conferri, retenta aequalitate morali condignitatis propria, quod exemplo nunc posito rerum pretio commutabilium plane ostenditur.

23. Cum ergo ad aequalitatem arithmetica inter meritum, et praemium, illa sufficere ad meriti condigni constituendum, mihi certo certius est: quoniam aequalitas arithmetica strictior est, et perfectior aequalitas, ut potest quae non dependet a prudenti hominum arbitrio, sed in ipsis residet entitatibus, quae comparantur. Unde aequalitas geometrica, quae divisibilitatem admittit, licet sufficiens sit ad meriti condignitatem; non tamen est per se necessario requisita. Immo iudicio Dei, qui bene novit, et intime penetrat quid sit valoris in rebus, forsitan nulla aequalitas sufficit, nisi arithmetica. Huius rei ratio potest esse: quia ideo inter homines admittitur latitudo, et divisibilitas circa pretia rerum, quia homines, quorum iudicia diversa sunt, diversimode iudicant de rerum valore eo, quod fixum iustum, et determinatum perfecte non agnoscant: quare coguntur iustum pretium cum aliqua latitudine, et divisibilitate concipere, et iuste quidem stando morali rerum estimationi: sed iudicio Dei, qui certum, et determinatum rerum valorem discernit, necessaria non erit ea latitudo, sed aequalitatis arithmeticae servabit in decern. praemio rerum. Unde forte ad meritum supernaturale condignum gratiae, et gloriae, requireret aequalitas

arithmetica

arithmica, q. fit apud Deum potente cum hac æqualitate Termini dispensare.

## Caput Ium.

### Quid sit Meritum Condignum, et Congruum.

24 Hæc meriti divisio eadem est cum divisione meriti in naturale, et supernaturale. Unde colligitur meritum Condignum non esse illud, quod meretur apud Deum, ut aliqui existimarunt; ut nec congruum, quod meretur apud homines: licet enim apud homines solum detur meritum naturale, quod homines (sicut et quælibet alia creatura) tantum dispensare possunt Termina naturalia, eorumque apud homines solum possit dari meritum congruum, seu naturale; apud Deum tamen, qui potest dispensare non solum Termina supernaturalia, sed etiam naturalia (ut docet S. Thomas 1. 2æ. q. 24. art. 2.) non solum meritum Condignum, seu supernaturale, sed etiam meritum naturale, et congruum dari potest.

25 Meritum igitur Condignum, seu supernaturale est, quod compensatur à Deo Terminis supernaturali, superioris scilicet ordinis, et excedente vires naturæ: cuius generis sunt merita, quæ ex S. Script., et fide Divina nobis constant, dari nimirum gratiæ, et gloriæ, aliorumque donorum supernaturalium. Atque de hoc merito gratiæ potissimum nobis tractandum est; quod meritum Condignum, et supernaturale præcipue cadit sub Condigni consideratione. Meritum vero congruum, sive naturale appellatur, quod est compensabile per Terminum naturale, sive non excedens vires naturæ; ac proinde, quod non sit eius ordinis, ad quem pertinent gratia, et gloria, et alia dona supernaturalia.

Hinc clare deducitur, quare apud homines solum possit versari meritum congruum, sive naturale; quia nimirum homines solum Termina naturalia possunt conferre. Deducitur etiam, meritum Condignum, sive supernaturale solum circa Deum posse versari: solus namque Deus potest, ut est loquendo, conferre Termina supernaturalia. Cum quo tamen stat, quod apud Deum exerceri possit utrumque istud meritum: quia Deus cum sit, potest tam naturalibus, quam supernaturalibus Terminis hominum opera naturalia, et supernaturalia compensare.

26 Utrumque tamen istud meritum vere, et proprie tale esse, mihi constat: quoniam nihil video, ratione cuius meritum congruum, aut Condignum à ratione meriti vere, et proprie participata excludantur; siquidem utrumque habet vim movendi, atque inducendi ad bonum aliquod, quod in illius compensationem conferat: Condignum scilicet ad bonum supernaturale, et congruum ad bonum naturale.

Nec refert, aliquos Eccl. PP. (et presertim Theol.) mistj[?] christiy subinde appellare mistj hujus, q. addidit vel diminuens vero; et proprie nos misti excludens. Nil, inquam, id refert: nam id additum huius non est plane diminuens, sed rationes eos, apud quos, non ut misti nos excludat, sed ut misti supernali, qui illi competit, dignitatis extollat. Sed aliud est, quod mistj supernale constanterque sit vere misti-nalis, et hoc verificetur; aliud est mistj nale non esse vere, et proprie mistj, et hoc falsificetur: nam quadros misti sede, aut obe, quod a Deo, vel ab hoie perfecti[?] ... sede, aut obe, quod sit excedens vires nostras, vel illas non excedens, id est, quod misticus supernale, vel nale ... [illegible]

Consulto hic prmitto alias misti divisiones ... minus frequentes, quas in decursu Disputationis, prout res postulaverit, dabimus.

Disputatio 3.a

Quid sit impetratio, et quid satisfactio, et quomodo a meritis distinguantur.

27 Quoad impetrationem sciendum est, eam duobus modis sumi. 1.o late, prout impetrare idem est ac ratione alicuius operis, vel obsequij, aliquid ab alio obtinere: quo sensu quivis opus meritorium vocari potest impetratio, presertim si sermo sit meritorium imperfecte, seu de congruo, ut aiunt: impetratio enim benignum aliquid signare videtur. Secundo dicitur impetratio, quod quis per vim aliquam peculiarem sui operis, nempe per orationem, seu petitionem aliquid obtinet. Et haec est proprie illius orationis acceptio, et, si oratio ipsa sit actus supernalis, seu ex gratia factus, non minus proprie sit meritoria, quam alij actus supernales.

28 impetratio est, seu virtus impetrativa stricte loquendo proprie est orationis. Idque plane colligitur ex ipso fine, et usu orationis: ea enim precipue dirigitur ad flectendum D. voluntatem, ut exorata concedat. Ideoque preces fundimus ad Deum sub humili confessione propriae indigentiae, et indignitatis. Ideo est Sanctorum intercessionem, et iustorum, adhuc in hac vita degentium suffragia postulamus; quod nimirum preces, intercessionem, et suffragia, illiusmodi plurimum valere, et immediate ordinari ad obtinendum id, quod in desiderio habemus: id autem est impetrare: ergo cognimus, et illiusmodi virtutem impetrandi apud Deum proprie, et precipue in oratione residere. Immo in hac virtute

impetrativa orationis

impetrativa orationis species fundat, quod constat de oratione, et precibus pro encomiis dictis: nempe habere quendam vim coactionis, et violentiae apud Deum, ratione cuius blande ab illius liberalitate quasi extorquemus quodque efficaci, et undequaque bene ordinata oratione efflagitamus, iuxta illud Christi Domini apud Marcum cap. 11. Omnia quaecumque orantes petitis, credite, quod accipietis etc.

29 Sciendum tamen, sicut meritum reperiri potest separatum ab impetratione (ut in iis omnibus operibus meritoriis contingit, quae non sunt petitio, cum, si proprie loquamur, impetrare, ut diximus, idem sit, ac precibus obtinere) ita et impetratio inveniri potest separata a merito: nam Christus pro nobis in coelo orat, iuxta illud Apostoli ad Rom. 8. v. 34., ubi de Christo dicit: Qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Idem dicendum de B. V., et aliis Sanctis dicendum omnino videtur, cum iuxta usum receptum Ecclesiae consuetudinem, indies ipsis supplicemus, ut pro nobis Deum orent, quod est sine dubio orando impetrant: et tamen statum eorum omnium sit ipsius non merentur. Idem de animabus, quae in purgatorio constitutae, affirmat.

30 Aliquando etiam contingit, ut idem actus sit meritum unius rei, et impetratio alterius. Sic cum aliquis ex actu charitatis a Deo sanitatem, aut aliud huiusmodi, vel sibi, vel alteri petit, impetrat frequenter, quod postulat; illud tamen de condigno non meretur: gratiam vero, et gloriam, vel illarum augmentum per hunc eundem actum meretur, quae nihilominus non petit. Unde etiam non raro contingit, ut orans non obtineat, quod petit, quia Deus, id ei, vero, non expedire; et tamen tunc est gratiam, et gloriam meretur, cum opus bonum supernale eliciat.

31 Ex quo sequeretur, videamus, quomodo in opere bono haec affectio impetrationis distinguatur ab affectione meriti: de qua re non vero diversimode decernentes DD.es. Censeo igitur, rationem impetrationis non distingui realiter ... interim in opere bono a ratione meriti; distingui tamen ... interim; idem penes diversa connotata: quatenus opus, ut impetrans quid distinctum connotat, atque, ut meritorium. Prima pars, scilicet de indistinctione reali ... interim facile suadetur: quod eadem indivisibilis entitas, et realitas operis, et habet rationem impetrationis, et rationem meriti: eadem m. ... interim sui movet Deum, et inducit ad conferendum aliquid bonum pro sui compensatione, atque sub flectit Bonitatem D., ut bene affecta ... orantis pro effectus sui largiat bonum aliquod iuxta indigentiam illius ... meritum, et impetratio ... interim non distinguuntur in opere bono. ... Posterior est 2a pars quod opus, quatenus meritorium refert ad Deum sub ratione retribuentis, ... compensans.

sive de condigno, sive de congruo valore operis; at quatenus impetrationis refert ad Deum sub ratione liberaliter donantis, et spontaneâ largitate concedentis: quae duae formalitates in Deo saltem de connato afferunt aliquam rationem distinctionis: ergo meritum operis, et impetratio habent connata distincta. Deinde, opus, ut virtute meritiva, refert ad compensationem, sive condignam, sive congruam; at, ut virtute impetrativa, refert ad ultroneam, et spontaneam concessionem, quae duo distinguunt ex sua ratione formali: ergo etiam.

32 Circa satisfactionem sciendum est, quod sicut vis impetrandi specialis reperitur in ratione, quamvis sit affectio communis cuiusque operi meritorio, ut diximus; ita etiam vis propria satisfactionis residet in operibus poenalibus, quamvis sit etiam affectio communis omnibus operibus bonis, et meritoriis. Quod propria vis satisfactionis reperiatur in operibus afflictivis, et poenalibus, constat: primo ex D. Thomas in 4. dist. 5. q. 1a. art. 5., et ex eo communiter Theologi requirunt huiusmodi poenalis opera ad satisfactionem, ad eaque hortantur fideles suos Ecclesiae Patres et Conc. Trid. sess. 14. cap. 8. de satisfactione monet, nullum esse viam in Ecclesia securiorem amovendi poenam â Domino imminentem, quam opera poenitentiae frequentare. Et ratio est: quod satisfactio est quaedam voluntaria, ac propria castigatio, et vindicta culpae commissae, quâ praevenit, et vel amovet Divini iudicii poena: Quod est satisfactio sit affectio communis omnibus operibus bonis, et meritoriis, multi affirmant Theologi. Ratio est: quia (ut bene inter alios animadvertit Card. de Lugo disp. 24. de Poenitentia sect. 3a §. 2.) nullum est opus bonum de facto, quod aliquam saltem non afferat poenalitatem, saltem ratione difficultatis, quae superanda est, contra propensionem, et inclinationem, quam natura habet ex se ad bonum delectabile. De hac igitur satisfactione, quae communiter reperitur cum merito in opere bono rogatur, an, et quomodo distinguatur â ratione meriti in tali opere bono.

33 Ratio sicut ad praecedentem difficultatem, non distingui ratione formali intra in opere bono satisfactionem â merito, quod distingui formaliter per diversa connata. Utraque formale suadet designando diversa connata, per ordinem ad quae duae istae formalitates distinguunt; haec â connata formale dignoscuntur, si utriusque rationis formalis, satisfactionis nimirum, et meriti, naturam, et fines consideremus: satisfactio igitur de sua ratione formali tendit ad placandum iudicem, et ad poenam ex delicto debitam compensandam; meritum vero dirigitur ad movendum animum praemiantis, et ad inducendam obligationem retribuendi, sive ex condignitate, sive ex congruitate: unde opus, quatenus satisfactio respicit Deum sub ratione Punitoris, quatenus meritum respicit Deum sub ratione Remuneratoris. Deinde satisfactio respicit Deum sub ratione credi=

creditoris

toris; meritum respicit Deum sub ratione debitoris. Demum satisfactio respicit debitum,
quod minuit ex parte creaturae; meritum vero respicit debitum, quod [illegible] ex parte Dei. [illegible]
non minus [illegible] dissita, quam certa.

39 Ex dictis observabis, et colliges, quomodo [illegible] opera mereantur de condigno augmentum gratiae, et gloriae, simulque satisfaciant pro poena temporali, quin minuat aequalitas premii ex ratione satisfactionis, aut augeat praemium gratiae, quo plus poenae per satisfactionem remittit. Ratio est: quia, cum neuter ex his effectus alteri deroget, aut faveat; meritum enim, et satisfactio pertinent ad diversum genus causae moralis, fit, quod causalitas unius non minuat, vel augeat, per causalitatem alterius.

## Controversia 2a

## De meritorum reviviscentia.

## Disputatio 1a

## An merita per peccatum mortificata per subsequentem iustificationem reviviscant?

### Caput 1um

### Quibusdam praemissis meritorum reviviscentia statuit.

35 Praemittendum 1o cum Theologis communiter, quadruplicia opera meritoria gratia posse distingui, nempe mortifera, indifferentia, mortua, et mortificata. Mortifera sunt; quae vel vitam spiritualem auferunt, si mortalia sint, vel saltem nocent, si solum venialia sint. Indifferentia dicuntur, quae sunt omnino nulla. Mortua sunt opera bona, quae ab homine in statu peccati mortalis existente eliciuntur, quae cum nunquam vitam habuerint, aut condecens ad meritum naturalia, nunquam reviviscunt. Ac demum mortificata sunt opera nostra virtutum in gratia facta, quae per peccatum subsequens quodammodo vitam amittunt, seu vim suam in vitam aeternam educendi. 1o non reviviscunt, ut ostendet disputatio 2; hac 2a nulla est quaestio, quod meritoria non sunt. Mortua, ut mala non fuerint, reviviscere non posse; cum nihil possit reviviscere, nisi quod vitam habuit: reviviscere enim est vitam amissam

recuperare. Quatuor orig. qq e, de quo procedit quaestio, et de qq illigendo e nostra sa.

36 Remittendum 1°, hoi a pecco resurg. grq sanctif. cum habitibus, habitibus virtutum oium infusarum, quas per peccm amiserat; n q eas, n eas speciem; ... negq detrahi neqt nali reseduci, et n e cur novum spat in iam restaurare miraculum.

37 Remittendum 3°, innocentia, et virginitatis, semel amissas, n recuperari per poenitentiam, q denuo hoi infundat: illa m. grq, et virtutes sed addit nos remissoi pecci: innocentia m. (vt constat ex D. Thoma) n e virtus peculiaris, aut habitus, sed immunitas a pecco quolibet mortali: q cum per poenitentiam hoc resurgat, et hoc supponat ad hoc contractum esse peccm, neqt innocentia restitui, que affert fuisse, numquam ad hoc peccm fuisse contractum. Certissimum de n restitui virgin. (q attinet ad materialem integritatem corporis) quamvis restituat ille habitus, q inclinat ad abstinendum ab illicitis voluptatibus, et ad n amittendam materialem integritatem: sicut e restitui potest habitus inclinans ad numquam peccm committendum.

38 Alii remissis, dic. e, opera mortificata per subseq. iustificos reviviscere. Conclusio e oio certa, quam omnes ... admittunt. Plurimi legi poss apud P. Suarez relictos de reviviscentia meritorum disp. 1 sect. 2a et P. Arriaga de Merito Disp. 6a puncto 1. n. 3. Sed quamvis Ledesma hanc Conclusionem asserat ex fide certam, et Soto Damnatio vocet errorem, utcumque m excessit sine dubio, cum n constet expresse de revelatione Divina, neq deducat evidenter de revelatis. Melius q. PP. Sz, Valentia, Henriquez, et alij adeo certam, et unanimi DD. consensu firmatam asserunt, ut sine temeritate, et impietate negari n possit. At P. Vasquez plane duo asserit: alterum, se n vidisse Doctorem, q doceat, opera mortua numquam redire, quamvis diversae sint opiniones circa mensuram, qua redeant: alterum, difficillimum ee, aut ratione, aut auctoritate probare, q redeant.

39 Probatur 1° ex verbis Apostoli ad Galathas 3°: Tanta passi estis sine causa, si tamen sine causa. Ubi Galathas alloqt, q in gravia crimina lapsi fuerant post magna laborum, et bonorum operum merita: primo illis significat, neq quam illos tam gravia ante passos fuisse pro Christo: deinde, quasi se ipsum corrigens

ipsi corrigens, subdit: sitis sine ca. Quasi diceret Apostolus: In vestra potestate est, favente Deo, efficere, ut sine fructu passi sitis, si in vestris sceleribus permanseritis, vel cum fructu, si peccata a vobismetipsis rejiciatis, et ad amicorum statum regrediamini. Atque haec explicatio in huius loci commentarijs traditur a Sanctis Hieronymo, Ambrosio, et Divo Thoma, et a Theophylacto, Carthusiano, Lyra, et interlineali.

20 Ostenditur ex eodem Apostolo 1 Corynthiorum 15 dicente: Abundate in omni opere Domini semper, scientes, quod labor vester non est inanis in Domino. et ad Hebreos 6 postquam reprehendit Iudaeos, qui post Baptismum susceptum peccaverunt, illos consolatur, invitatque ad poenitentiam verbis ijs: Non enim iniustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, et dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis Sanctis, et ministratis. Quae verba de operibus per peccatum mortificatis exponunt ibi Chrysostomus, Theophylactus, utraque Glossa; et Sanctus Thomas. Et utrumque locum Pauli videtur ita intellexisse Tridentinum: nam postquam sess. 6 cap. 15, quolibet mortali dixerat amitti gratiam, ut ad poenitentiam excitet, addit cap. 16: Hac igitur ratione iustificatis hominibus, sive acceptam gratiam perpetuo conservaverint, sive amissam recuperaverint, proponenda sunt Apostoli verba: Abundate etc. Et Non enim iniustus est Deus etc. Ubi perseverantibus dicitur, et proponit illud Abundate etc; lapsis vero, atque per poenitentiam resurgentibus aliud, Non enim iniustus est Deus etc.

21 Probatur ex eodem Tridentino sess. 6a cap. 16 sic loquente: Nihil ipsis iustificatis amplius deesse „ credendum est, quominus plene illi divinis operibus, quae in Deo sunt facta divinae Legi „ pro huius vitae statu satisfecisse, et vitam aeternam suo etiam tempore, si tamen in gratia dis- „ cesserint, consequendam vere promeruisse censeantur. Ubi duo tantum exquirit Concilium, „ ut iusti suis operibus bonis mereantur, et re ipsa vitam aeternam adipiscantur, nimirum et quod facta fuerint in Deo, et quod illi in gratia discedant: et cetera.

22 3o probatur quia

contra illud Ezequielis 33: Impietas impij non nocebit ei in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua. et illud cap. 18: Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor. Deus obliviscitur, nec in perpetuum punit peccata peccatoris post eius conversionem; sed si peccator per poenitentiam non reciperaret gratiam, et merita per peccatum amissa, Deus peccatorum in aeternum recordaretur, et privaret gratiae praecedentis:

et meritum subsequens peccatum perpetuo puniret: Ita. Ostenditur ex illo Joelis 2: Reddam vobis annos, quos comedit locusta, et bruchus, rubigo, et eruca: id est, peccatum. Hic est locus a S. Hieronymo illigr de meriti per poenitentiam recuperandi.

43 V denique probatur: quia licet potuisset Deus bonis operibus gloriam promittere, ea conditione, ut cum quis peccaret mortaliter, amitteret omne ius ad illam; quia tamen de tali modo promissionis nobis non constat, et potius de opposito, certi credimus autoritate Sacrae Scripturae, et Trid., iis valde consentaneum est D. liberalitati, et excellentiae meritorum Christi Domini, idcirco dicendum est cum D. Thoma art. 5. asserente, bona opera ex D. gratia perfecta mereri vitam aeternam, non solum quando eliciuntur, sed etiam quando durant manent in acceptatione Divina. Atque semper manent in acceptatione Divina, licet per peccatum impediantur, ne sint efficacia ad ducendum in vitam aeternam: ergo ablato impedimento peccati, merita illa manebunt expedita, et efficacia ad perducendum in vitam aeternam.

Itaque sicut ea carens aliquo suo effectu propter impedimentum, debet, secluso impedimento, illum habere: v.g. lapis in aere suspensus, et fune impeditus, ne deorsum ferat, praeciso fune, et sublato obice, redit ad centrum: sic merita antiqua per subsequens peccatum tamquam impedita a suo effectu, qui est tribuere homini ius ad gratiam, et gloriam, ablato impedimento, scilicet peccato, per poenitentiam, debent effectum illum homini tribuere, in quo eorum reviviscentia consistit. Quod insinuat S. Thomas in 4. dist. 14. q. 2. art. 2. dicens: "Sicut ventus auferens nubes, nobis solem restituit; ita poenitentia, tamquam removens prohibens, gratiae gratum facientis, et omnes virtutes nobis restituit."

## Caput IV.

## Quae possunt obiici, solvuntur.

44 Contra hoc potest obiici locus ille Ezechielis 18: Si autem averterit se iustus a iustitia sua etc., omnes iustitiae eius, quas fecerat, non recordabuntur. Ergo quamvis deinde peccatum remittatur, opera bona nequaquam ad praemium reviviscunt. Quod item confirmatur: quia sicut de peccatore agente poenitentiam dicitur, omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor: nimirum, quamvis labatur deinde in peccatum; ita est dictum de iusto

de facto, q. 9 misit lethale, dei iustitia ejus n. recordabuntur: ergo qmvis deinde peccatum remittat, opera bona n. reviviscunt ad praemium.

95 Resp. licet illa sic ea illigen-dy, ut Deus n. recordet illorum bonorum operum, si homo in peccato persistat, et in illo moriat; ita sibi, ut bona opera n. reipsa conferant vitam aeternam, si peccatum n. prius remittat. Ad istorum dicendum, q. aliter Deus obliviscitur bonorum operum, et aliter peccatorum: nam quo iustificamur, applicant nobis merita Christi, quae de condigno sunt satis peccatum, et poenae aeternae: quare quoad hoc ita delent peccata, ac si numquam fuissent. Igitur eorum oblivio est perpetua, cum sufficiens sit satisfactio per Christi merita: at vero bonorum operum oblivio perpetua n. est, quia quamdiu peccatum durat; quod Deus bonis operibus promisit gloriam, sub illis dynarat conditionibus, ut in Deo sint facta, et iustis in gratia decedat.




Adde, q. cum Deus pronior sit ad miserendum, quam ad puniendum, verbum n. recordari applicatum ad peccata significat totalem eorum remissionem quoad culpam, et poenam aeternam; applicatum vero ad merita significat impedimentum effectus valoris eorum, quod per poenitentiam tollit; atque adeo per illa merita mortificata reviviscunt.

96 Objicies 2°. Contractus aliquis n. est abs., vero conditionatus, et deficiente conditione destruit; sed contractus, quo Deus pepigit remunerare merita nostra, est conditionatus, et conditio, a qua dependet, est si n. adsit obex ex parte hominis: ergo adveniente tali obice per peccatum, omnino extinguit contractus, et merita destruunt; atque adeo per poenitentiam n. reviviscunt: quod enim semel vere, et totaliter destructum est, reviviscere n. potest, saltem de potentia Dei ordinaria, et citra miraculum. Resp. concessa maiori, distinguo minorem quoad conditionem; si n. adsit obex perpetuus, concedo; et si obex post. auferat, nego minorem. Unde n. solum peccatum, sed id illud, quod coniungitur cum morte, sive impoenitentia finalis extinguit contractum praedictum, et tollit meritorum remunerationes.

97 Objicitur 3°. Homo per peccatum reddit dignus poena damnationis, et quod privet omni iure, quod habet ad gloriam per opera praestita: ergo omnino extinguunt bona opera per peccatum, et n. solum mortificant. Confirmatur. Peccatum tam est efficax ad merita destruenda, quam poenitentia ad destruenda peccata; sed per poenitentiam ita peccata destruunt, ut nullatenus redeant: ergo sibi opera meritoria per peccatum.

98 Resp., omisso

Dices 3.º: Gra ē condonao pecci: q. si Ds. statuat dare gram solū usq ad tale tps, cõter solū usq adillud tps condonaret peccm: q. post illud tps redit. Nil pbat argutm, eo q nimis pbet: pbat siquidem n̄ solū de poli in casu aliquo metaphyco, ꝯ de facto etiam, quoties qs de novo peccat mortr, pecca oia prius remissa redire, q neq admittunt adversarij. = Rx q. Dm poe de illa gra facere, q iubet; nunq tn efficiet, q. idq peccm redeat, unde efficere n̄ poit ut nunq fuerit condonatum, q̄vis auferre eā poit in pœnā pecci postea cõmissi.

Dices 4.º Poté ho absolvi ā voto dependens ab aliqua cõdione adimplenda postea intra certum tps: v.g, ingrediendi intra duos menses in Carthusianor ordm, qua cõdione n̄ adimpleta, iterum redeat votum: q. similr hoc po absolvi ā pecco dependens ā cõdione, qua n̄ posita, redeat peccm. = Rx, hoc illum n̄ intligi neq ēē absolutum ā voto in illo cu usq dum ponat cõdionem, qua n̄ posita n̄ redit votum, qa n̄ erat extinctum, ꝯ durans, et cõtinuo pmeus in sua vi; q̄re nil evincit cõa nos paritas huius cus. Qui q. verè absolvit ā pecco dependens ab aliqua cõdione, ꝯ ante ad huius positionem, p n̄ positionem illius n̄ dat ēē pecco remisso ut peccm aliud cõmittat. Si vº absolvit absolvit ā pecco sub cõdione aliqua, qua n̄ posita n̄ illigit absolutus ā pecco, tunc ante ad positionem cõdionis n̄ fuit vere absolutus, nec illius peccm verè remissum.

Ex qbus cõstat

V., peccm remissum et quoad culpam, et quoad pœnam, quoad neutram partem poēē redire: sit m. n̄ dat cā tribuens ēē culpæ verè remissæ, ita n̄ dat cā reproducens V demeritum ad culpam: cā m. huius reproductionis n̄ poté ēē alia, nisi reproductio culpæ; proinde si hæc n̄ dat, nulla dat cā revivisce mtii culpæ verè remissæ. Cõstat V., n̄ solū de facto n̄ revivisceré culpam, et demeritum pœnæ verè remissa, ꝯ nec poēē eam reviviscere, ut pbant rões supra pitæ, et explatæ.

# Caput 3ᵘ

## Quomodo ratione ingratitudinis redeant peccata remissa.

Ante resolutionem supposito, ut peccatum commissum post multa remissa afferat magnam malitiam, quam afferret commissum aliter, oportet esse, ut homo dum illud committit, recordaretur remissionis, quam à Deo consequutus est. Constat: quod peccatum non daret rationem ingratitudinis nisi remissionis: neque tamen ingratitudo daretur imputabilis, quod nisi, et nunc homo nequaquam recordatur accepti beneficij, quod illum retardare deberet à committendo novum peccatum; è contra, siquis putaret per errorem, sibi à Deo peccata remissa esse, et adhuc peccatum novum committeret, illud haberet magnam malitiam. Hoc supposito

158 Dico 1ᵘ: peccatum subsequens non continet propter ingratitudinem tantam malitiam, quantam peccata praecedentia. Ita S. Thomas hic q. 88, art. 3ᵒ, et P. Conink disp. 2. dub. 15 cum communi sententia. Probatur: quod incredibile omnino est, siquis commiserit mille peccata gravissima, quorum à Deo remissionem obtineat, et postea committat furtum aliquod mortale, fieri aeque peccatorem, et iniustum, dignumque tam gravi poena, quam si illa omnia remissa non forent: quia licet ingratitudo nos obliget, ne benefactorem offendamus; tamen haec obligatio non est tam stricta, ut peccatum commissum aequet ingratitudine omnia alia remissa quantumvis gravissima.

Maxime vera est haec conclusio quando homo non ex contemptu beneficij, sed ex fragilitate, aut ex alio capite ad peccandum moveretur. Quod si eo animo peccaret, ut ostenderet, se divina beneficia contemnere (quod vix contingeret inter homines) fieri posset, ut tunc ingratitudo, et contemptus accepti beneficij aequarent omnia peccata commissa.

160 Dico 2ᵘ: peccata remissa redeunt secundum quid ratione ingratitudinis; quod scilicet, peccatum denuo commissum censetur gravius, quam si peccatum antiquum non esset commissum. Ita S. Thomas, PP. Suarez, Valentia, et alij communiter. Probatur: quod magis grave censetur peccatum, quo plura sunt, quae obligent, non offendere illum, quem peccando offendimus; sed quod remissa fuerunt homini plura peccata, plura sunt, quae obligent hominem non offendere Deum: ergo etc. Qua ratione siquis dum insigne beneficium accipit à Deo, statim committat novum peccatum, sine dubio gravius Deum offendit, quam si illud non accepisset. S. Thomas citatus numerat quatuor peccatorum genera, per quae dicunt

redire singuli pecca remissa, quos illorum nominimus n. 120. Et illa singuli redeunt, quod dicti opponant beneficio remissionis accepto.

161 Objiciet aliquis. Culpa sequens, et poena debita eo sunt maiores, quo beneficium acceptum est maius; sed hoc crescit ex peccatis, quae remittuntur: ergo culpa sequens, et poena sunt eo maiora, quo pecca remissa ... maiorem continebant gravitatem: ergo culpa sequens tantam malitiam continet, quantam omnes antiquae. Confirmatur: quod Matthaei 18 replicant servo pecca dimissa, et ab illo exigi totum, et integrum debitum: ergo quod peccatum sequens ingratitudinem continet tantam malitiam, quantam omnia antiqua pecca.

162 Respondeo cum D. Thoma dissimilitudinem: ... maxima proportionalis, ... ita ut aequent pecca remissa, non cogitur. Concedo igitur, plus malitiae esse in eodem peccato post plura remissa, quam post pauciora, sive leviora: sed non ita crescit, ut aequet omnium gravitatem peccatorum, quae remissa ... Ad confirmationem liquet responsio n. 136. 1. posse dici, tantam fuisse malitiam ingrati in illo peculiari ..., ut aequaret antiquorum peccatorum gravitatem, et in hoc sensu dici, ab hoc illo exigi debitum antiquum: id est, puniret aeque, ac puniret ... debitum antiquum; non tamen ... illud, quod suppit dimissum, sed ... aequans gravitatem antiquam. Et quod crevit malitia ex ... maximi debiti, v.g. talentorum decies mille, et ex parvitate debiti, quod noluit remittere conservo, et quod illum suffocasset, et misisset in carcerem: ergo forte ex his capitibus demum factum est reus tantae poenae, quantum remissionem acceperat.

163 Sed hic observa, ingratitudinem istam non dicere specialem malitiam in confessione declarandam, nisi quis ideo peccet, ut se exhibeat Deo ingratum pro acceptis beneficiis, aut ut ostendat, se ea contemnere: colligitur ex D. Thoma citato, et probatur: nam id non posse tribuere peccato specialem malitiam, quod nullo modo a illi speciale, sed transcendens omne peccatum; alioquin ... est illa ingratitudo: ergo. Aliter probatur: quod nullus est peccator, qui a Deo non acceperit plurima, et maxima beneficia: ergo nullus posse peccare offensione mortali, quin Deo sit ingratus. Et quamvis unus peccator possit esse magis ingratus, quam alius; tamen iste excessus non continet malitiam speciei diversae; consequenter nec continet malitiam in confessione declarandam.

# Controversia 3.a

## De libertate ad meritum Christi, et supernale requisita.

Inter conditiones ad meritum Christi requisitas primum obtinet locum libertas: de qua ergo in hac controversia breviter, et compendiose disserendum.

## Disputatio 1.a

### Utrum libertas semiplena ad meritum Christi sufficiat?

### Caput 1um.

### Quid, et quotuplex sit meritum Christi, et supernale committit?

164. Quid sit meritum Christi, et supernale, satis declaravimus n. 29, et sequentibus; et ex iam dictis sic compendiose possumus definiri: Est morale, et supernale obsequium Deo factum movens ex se, et induens in collatione alicuius boni supernalis ipse sui compensatione. Huius definitionis elucidatio desumenda est ex dictis in definitione meriti in universum, et ex deinceps dicendis: nam ergo de hoc solo merito nobis loquendum est, quod est huius tractatus meta, et scopus.

165. Meritum ergo Christi (ut definitio continet, et exercet) esse obsequium formale Dei, ex ipsa terminorum explicatione, facile suadetur: nam obsequium formale Dei est actio, quae habet, et exercet ex intentione, et voluntate obsequendi Deo; vel saltem sub cognitione, quod sit obsequiosa, et grata Deo: hanc enim rationem considerat actio sanctorum, quae procedit a voluntate, et ut sic dicitur, et est obsequium formale; sed omne meritum Christi de facto habet, et exercet continet hoc modo: ergo omne meritum Christi, ut definitio continet habet, et exercet, est obsequium formale Dei. Probatur minor: nam de facto, omnes fideles bene operantes, continent habent, et exercent sua opera, quibus merentur, saltem sub cognitione, quod per illa obsequiantur, et quod per illa aliquid Deo gratum, et obsequiosum exhibeant: ergo etc.

166 Meritum divinum, sive supernale dividitur in meritum de condigno, et meritum de congruo. Utriusque exemplum liquet ex n. 18, et sequentibus, plenius quam constabit ex infra dicendis, cum de merito divino condigno speciali fiat disputatio. Utrumque istud meritum subdividitur in meritum in actu primo, et in actu secundo, de quo dicta n. 8. Meritum in actu primo est illud, quod solum potest movere ad praemii retributionem; in actu secundo est, quod actualiter movet: sicut causa in actu primo, quae solum potest dare effectum, et in actu secundo, quae actualiter dat esse effectui eo modo, quo causa quae per se plana sunt, et tenuis [illegible] exemplo.

167 Alia meriti divisio invenio in meritum remunerandi, et meritum in spe, seu per modum pretii, et solutionis: quam divisionem late inculcat, et impugnat P. Oviedo tom. de Gratia D. X. aliquos complutenses, qui divisionem istam in schola inducere conant, et quae facile expediri existimant, plures in Materia de Praedestinatione, et Incarnatione difficultates. Meritum per remunerandi appellant, quod mea cognitione ipsius actu existentis movet ad praemii collationem. Qualia sunt merita operantia, quorum existentia absoluta (saltem in tempore Divina) prior est existentia absoluta praemii, adeoque Deum movent. Meritum in spe dicunt esse, quod solum praevidet a Deo existiturum sub conditione praemii collati, aut offerenti, et ita movet Deum ad volendum, ut spe illius praemium offerat. Exempli gratia: novit Deus, quod si talia auxilia offerat Divo Petro, Christus pro illo gratias aget condignas, quibus solvet beneficium D. Petro collatum: Deus ergo allectus spe illius actionis gratiarum offert D. Petro illa auxilia; postea a Christo gratias agit quibus solvit auxilia D. Petro collata, et dicitur per modum condignae solutionis Christum promeruisse illa auxilia. Simile in humanis exemplum adducitur: quod scilicet Petrus muneribus afficit Paulum, quia cognovit, quod si illum muneribus afficiat, pro ipso suffragium feret, spe scilicet suffragii illius obtinendi: cum a Paulo suffragium fert, solvit pro beneficio a Petro accepto.

168 Fateor, Dominos istos minime (ut quidam falso arbitrant) sapere errorem Massiliensium, qui admittebant merita, et demerita conditionata moventia Deum ad praemium, et supplicium. Verum non Massilienses credebant merita conditionata pure talia, et quae non transibant ad statum absolutum: et ita doce-

tant quoad parvulos ante usu[m] rationis morientes, Deus neque tenere de illis merito, aut semimerito, quae haberent, si ad perfectum usum rationis pervenirent, ut illos sic morientes praemio, vel poena afficeret; sed de hoc loquitur de meritis, quae absolute existent, posita conditione praemij, et quorum ipse dicitur Deus ponere praemij, quod est conditio, sub qua conversa sunt futura. Sed, quoniam Massilienses docebant, merita conditionata, ut pure conditionata movere Deum de facto ad praemij collationem: a quo dicto longe distat dictum praesens, quod id dicit, merita conversa conditionate sub conditione praemij, ita Deum movere, ut ipsorum absoluta futuritio, et existentia moveat Deum ad praemij collationem, et intendat a Deo ponenda praemij collatio: unde non movet Deum bonitas futuritionis conditionatae meritorum, sed bonitas futuritionis absolutae, cuius in spe praemij tribuit. 3°, quod Massilienses docebant, merita illa conditionata futura esse ex viribus solius arbitrij absque gratiae supernaturalis iuvamine; quod a defensoribus huius doctrinae abnegatur.

169. Adhuc in confuso, merita illa in spe, seu praemij solutionis, non merita rigorose non habere; propterea eo merito dicendo a nobis excludit.

Respondeo: quod bonitas meriti, ut talis non movet Deum ad sui positionem, sed ad positionem praemij: sed merita conditionate conversa non possunt movere praemij meriti rigorose talis. Antecedens patet: neque in eo differt causa finalis a causa meritoria, quod causa finalis per suam bonitatem movet ad sui positionem, et ad positionem mediorum per ipsius consequendam; causa vero meritoria sed ad praemij ponendam, magis effectus bonitate, et non sua movet. Consequentia probatur; quod merita conditionate conversa, de quibus Adversarij, movent Deum ad sui positionem absolutam, quam intendit, et in spe habet, quod movent ad positionem praemij, sub quo merita conversa sunt: sed non movent praemij meriti, sed praemij causae finalis, cuius positio intendat a Deo mediante collatione illius doni, quod apud nos Adversarij dicitur praemij. Sed, quod merita in spe movent, ut sint merita; merita autem proprie talia movent, quod sunt merita: sed merita in spe non sunt proprie merita. Patet consequentia: quod non sunt proprie merita, quae non movent ut merita, sive ut habentia rationem meriti, sed movent, ut sint merita, sive ut sint habentia rationem meriti.

170 Dices: posse Princeps aliquis dare ensem, aut equum militi propter illius bonum usum, sive ut praemium facinorum, quae sperat Princeps

factum militis, si ei equum tribuat: quod potest dari praemium antequam meritum in illo alio praecedat, et quod tunc est meritum in spe. Sed contra est, quod falso dicatur, equum nunc tribui ut praemium facinorum sub conditione praevisorum: non enim tribuit, nisi ut unum ad exequenda facinora, quae sperat Princeps: neque .i. Princeps tribuit equum transferendo in militem dominium equi, ita quod licet postmodum miles facinora non exequatur, repetendus non sit, .i. non transferendo dominium, sed sub cum intentione dominium transferendi, si miles fortiter se gerat, et bene illo utatur? in primo collatio equi non habet rationem praemii, cum detur independenter ab existentia meriti, sive boni operis. In secundo translatio dominii erit praemium; quod supponit bonum opus, seu meritum alibi existens. Et haec pauca de merito in spe dixisse sufficiat: qui plura de illo velit, legat P. Oviedo hic, et P. Ortega in tractatu de Incarnatione.

## Caput 2um.

### Difficultas titulo inscripta variis conclusionibus resolvitur.

171 Sed ante resolutionem quaedam praemittenda sunt. Hinc ex communi theologorum, et Philosophorum Moralium consensu, libertatem aliquam ad meritum omnino requiri. Constat ex dictis 5, et 12, atque evenit suadet: nam quae dignitas ad praemium erit in opere, quod non potuit ab operante non poni? quis praemio, aut laude dignum reputabit operantem propter opus, quod non libere, seu ex propria arbitrii determinatione exercet. Si enim illud vitare non potuit, quis debebit ipsi ad laudem tribuendam, et praemio aliquo compensandum? praeterea, quod aliquid aliquis dicitur mereri propter sua obsequiosa opera exhibita, dat aliquod iuris quare actores habere ad praemium capessendum, saltem in morali aestimatione; sed tale ius habere neque propter opus, quod non ponit ex propria libertate, et determinatione voluntatis, absque voluntatis consensu. Propterea Augustinus variis in locis hanc veritatem statuit, specialiter quaerendo tractatu 9. de Gratia, et Libero arbitrio cap. 2o dicens: Ipsa Divina praecepta ,,
homini non prodessent, nisi haberet liberum voluntatis arbitrium, quo ea faciens ad praemissa pervenirent. Et D. Bernardus serm. 81. in Cantica: Ubi non est libertas, neque meritum est. ,,

172 2um, asserit pro merito condigno, ad illud non sufficere libertatem, a coactione, sed requiri libertatem a necessitate, et determinatione ad unum, ut definivit Innocentius X contra Iansenistas, damnans tertiam propositionem haereticam propositionis istam: Ad merendum, et

demerendum inidu ne lapsum n requirit libertas à necessitate; sed sufficit libertas à coactione. Cuius sententiam iterum confirmavit Alexander VII. contra rebelles Jansenistarum fautores apud Belgas.

173 ... Dicitur, ad meritum, et demeritum n requiri libertatem contrarietatis, et quoad speciem, sed sufficere libertatem contradictionis, et quoad exercitium. Constat; nam qui libere moraliter, et laudabiliter in genere moris se gerat in obsequio Deo facto, sufficit, quod ponat obsequium, quod posset ab ipso n poni, quamvis n requiratur, quod possit oppositum ponere; sic qui ponat actum amoris, cum posset ipsum amorem n ponere, licet n possit actum odii contra Deum elicere; verè enim tribuit ipsi Deo liberum præstito tali amoris.

174 ... Dicitur, ad meritum Theologicum n requiri libertatem perfectissimam in supremo indifferentiæ gradu. Pro explicatione: libertas triplex solet distingui à Theologis; perfectissima, perfecta, et imperfecta: de quo agunt P. Franciscus Suarez lib. V de Gratia cap. 3., et P. Thomas Sanchez lib. V. de Matrimonio disp. 8, et alii. Libertas perfectissima est supremus gradus indifferentiæ, qua post circumstantias rei bene, et maturè inspectas, et post exquisitum nimium deliberationem, et consilium eorum, quæ possunt occurrere, opus aliquod exercet: sic solet contingere viris valde prudentibus in rebus maximi momenti, et summi discriminis. Libertas perfecta est minus gradus indifferentiæ, et tunc datur, quod absque exquisita illa, et summa circumstantiarum omnium consideratione, adest tamen clara perceptio, seu cognitio bonitatis, et malitiæ objecti ad illud amplectendum, vel fugiendum; qualem libertatem communiter habent homines tam peccantes lethaliter, quam bene moraliter operantes. Libertas denique imperfecta est semiplena deliberatio, quæ tunc datur, quando adest levis quidem, et confusa perceptio, seu cognitio bonitatis, et malitiæ objecti, et tenuis gradus animus partium considerare, solaque alterius apparere fuit voluntati ad objectum: qualem libertatem dicunt habere, qui in materia gravi peccant venialiter defectu plenæ advertentiæ ad objecti malitiam.

175 Igitur ad meritum Theologicum n requiritur libertas perfectissima in supremo illo indifferentiæ gradu; n enim ad meritum Theologicum requiritur id, quod excedit minimum perfectæ moraliter libertatis: sub qua Justi communiter exercent opera meritoria apud Deum; Justi enim n semper exquisitum illud circumstantiarum omnium examen, et considerationem habent, quando bene moraliter, et meritorie operantur. Deinde; quod n requiritur ad meritum exquisitum,

et intensissime vol.tis conatu: quae nec exquisita, et valde efficax illectio confoederas. sufficit itaque ad meritum de libertate, et indifferentia quae pro explicata, sive libertas ipsa: sicut sufficit ad votum, iuramentum, peccatum lethale, Sacrum, etc. Alii communiter.

176 Devenientes igitur ad libertatem imperfectam, et semiplenam (de qua est praesens difficultas) sit 1o conclusio: actus bonus supernalis elicitus ab homine iusto cum semiplena tamen libertate orta ex levi, et confusa cognitione obiecti, non est meritorius de condigno augmenti gratiae habitualis, et gloriae. Sic communiter sentiunt, quod ratio suadet. Nam ea bonitas actionis, et obsequii ad meritum condignum gratiae, et gloriae requirit, quae in genere moris sit aequalis magnitudini condigni gratiae, et gloriae: sed bonitas actionis, seu obsequii semiplene, et imperfecte liberae, negatur esse in genere moris aequalis magnitudini condigni gratiae, et gloriae: ergo etc. Maior constat, et minor probatur; nam bonitas obsequii imperfecte, et semiplene liberi est levis aestimationis in genere moris; ex levitate enim cognitionis, et imperfectione libertatis, sub qua elicitur, decrescit aestimabilitas actus in genere moris.

177 Probatur a simili: nam ad peccatum lethale, sive ad demeritum poenae aeternae necessaria est libertas plena, et perfecta, nec sufficit semiplena, et imperfecta, ut docent Doctores, et nos diximus in tractatu de Peccatis: ergo et ad meritum condignum gratiae habitualis, et gloriae. Patet consequentia; nam maior libertas requiritur ad promerendum condigne vitam aeternam, quam ad poenam aeternam; plura requirunt ad meritum gloriae, quam ad meritum poenae aeternae; ad illud siquidem sufficit quasi materiali, et indirecte amplexus obiecti materiali, et prohibiti, ut communiter dicitur in tractatu de bonitate, et malitia humanorum actuum; ad illud autem requiritur amplexus formalis, et directus boni, ut talis. Antecedens (supponimus quod certum habet) facile ostenditur: quoniam negat aequari magnitudini, et gravitati poenae aeternae malitia illa, quae in genere moris levis aestimatur, propter defectum scilicet plenae advertentiae, ratione cuius defectus malitia actionis decrescit, etsi versetur circa materiam alias gravem; proindeque dicitur levis culpa, minime aequalis tantae poenae, scilicet aeternae: ergo similiter etc.

178 2a conclusio: actus semiplene, et imperfecte liber de facto, seu ex vi praesentis decreti, nec de condigno promeretur augmentum gratiae iustificantis: conclusio est mihi certa: nam si aliqui actus esset meritorius obiectum

de condigno, maxime in peccatore, ille meritum, quo disponit ad iustificationem; et hoc sensu meretur gratiam, et gloriam de condigno; quod tamen non sufficit, quod sit semiplene liber, sed cum plena libertate elicitus debet esse: Sic Doctor. Mihi satis efficaciter ostendit ex Concilio Tridentino sessione 6. cap. 5. per haec verba: Ut qui per peccata a Deo aversi erant, per eius gratiam libere assentiendo disponantur. Cuius, ut patet, ea libertatis ad conversionem requirit Concilium, quam peccator exercuit in aversione: unde cum peccator in aversione a Deo exercuerit plenam libertatem, hanc sine dubio requirit Concilium ad conversionem: Sic Doctor.

179 Sit 3.a conclusio: Et non auget meritum Christi de condigno est autem vitae aeternae cum semiplena sua libertate; de facto non illud non dari, verum dari congruentiae. Prima pars bene probat P. Tirado: nam inter meritum de condigno, et praemium non debet intercedere aequalitas: Sic si sit in eodem ordine cum praemio, poterit esse meritum de condigno autem illius, quocumque demum tale praemium sit. Patet consequentia; quia hoc possibilitatem dependet ex liberalitate praemiantis: unde illi liberum erit assignare hoc, vel illud praemium, supposita proportione requisita inter meritum, et praemium: haec autem proportio datur vero inter actum supernaturalem (omnino semiplene liberum) et quodcumque praemium supernaturale; quod desumitur ex supernaturalitate. Sic Doctor. 2.a pars ex eo suadet, quod fundamentum non apparet ad asserendum, Deum de facto habere decretum de tali liberalitate faciendo. Si quis vero tale fundamentum invenerit, cum illud exhibeat, non renuam mutare sententiam: quod bene video, quam difficile sit admittere actum aliquem supernaturalem bonum, cui nec de congruo respondeat aliquod praemium supernaturale.

Caput 3.um

Patris Aliquorum sententia examinat, et refellit.

180 Sapientissimus ille vir, gravissimusque Magister diversimode censet, esse opinandum, de duplici capite, ex quo provenire potest, quod actus elicitus non sit plene, et perfecte liber. Vel nimirum defectu plenae libertatis oritur ex debilitate cognitionis proponentis obiectum, parumque retrahentis voluntatem ab illius prosequutione, ut communiter accidit: Vel ex eo, quod homo, proprium habitum, quem habet bene comparatum, et ex consuetudine, quae veluti conversa est in alteram naturam, minus operatur ad oppositum, ac veluti praeventa exercitatio perfectio libertatis, quasi rapiatur ad actum. Cum ergo libertas imperfecta nascitur in hoc

sulto ex consuetudine bene operandi, seu inse habitus, nunc non necesse admittere, actus bonus cum hac imperfecta libertate elicitus fore meritorius gratiae, et gloriae, non aliter ac si esset perfecte liber: inde tamen infert, saltem aliquod meritum condignum praemii supernaturalis dari posse cum imperfecta libertate.

181 Ad hanc resolutionem tenendum movent 1°: quia, si actus sic elicitus non mereret idem praemium, ac si esset perfecte liber, habitus acquisitus virtutis, et consuetudo bene operandi verteret in damnum operantis. 2°: quia actus sic elicitus laudabilis est, et magna aestimationis in hoc prudentum iudicio. 3°: quia peccata ex habitu male operandi, v.g. iurandi temere facta, licet cum imperfecta libertate habeant, nihilominus sunt peccata lethalia; atque libertas, quae satis est ad lethale, sufficit ad meritum condignum praemii supernaturalis. Ex 1° quod libertas imperfecta nascitur ex defectu cognitionis, actus bonus sic elicitus non erit eodem modo meritorius gratiae, et gloriae, ac si esset perfecte liber, propter dicta n. 176.

182 Sentio nihilominus cum P. Oviedo, eadem ratione esse philosophandum de actibus honestis semiplene liberis ratione consuetudinis, vel habitus infusi, ac de actibus honestis semiplene liberis ratione cognitionis imperfectae, dummodo actus maneant tum cum semiplena, et aequali libertate. Ratio talis est; quia habitus, seu consuetudo non concurrunt ad meritum per modum principii dignificantis, vel cuiusdam intrinsece afficientis actum, aut obiectum, a quo desumitur talis actus sua bonitas, sed per modum principii activi, quod tantummodo concurrit ad meritum, quatenus est principium, a quo procedit actus, et in nullo nihil refundit aut praestat praeter hoc, quod est illius activa causa: ergo si actus procedat cum eadem imperfecta libertate, eadem habebit rationem laudabilitatis, et meriti, sive ab hoc principio, sive a quolibet alio proveniat libertatis defectus.

183 Probo deinde ad inconveniens: nam si actus honestus semiplene liber ex consuetudine bene operandi meritorius foret gratiae, et gloriae perinde, ac si esset perfecte liber, sequeretur inde, hominem posse iustificari ex vi dispositionis imperfecte, et semiplene liberae; sed id dici non potest, cum non bene cohaereat cum Tridentino supra a nobis allegato n. 178 exigente ad actum, quo homo se disponit ad gratiam, aequalem libertatem cum ea, quae requiritur ad actum, cuius amissa fuit, nempe ad culpam lethalem: sess. 12 a seq. probatur; nam homo nimis assuetus ad eliciendos actus honestos, qui incidit in peccatum lethale, potest elicere actum honestum, qui sit ex obiecto suo dispositio ad iustificationem, cum imperfecta in libertate orta ex ipsa

Ipsitudine bi op. et eliciendi siles aux honesto; acq. gte ex hac Ipsitudine impfte liber n. debet fraudari eo fructu, qui haberet, si eet pfte liber, si eodem modo aux illi disponit ad quq. ac si eet pfte liber; si n. eet pfte liber hunc fructum haberet.

184 Quidq. R. admittit sequelam intradicti in dicto, Conc. ss excludere eq. semiplena deliberationes, quq. oriuntur ex defectu cla. in iudicio, n. vero eq. quq. oriuntur ex hntu honesto valde infso. Ideq. probat quoniq. ex contextu colligitur, eq. sol semiplq. deliberationes excludi, quq. minuunt aestimabilitatem moralem, quq. requirit, ut conversio notabiliter moveant Deum ad infusionem. 1a. grq. hinc alii dependitur plena libertate ex gr. iudicii semiplena deliberatione orta ss ex hntu valde infso, eq. aestimabil. n minuit.

185 Sed contra est 1o, q. gratuita haec responsio opposita verbis Trid. nq. Sacrus Conc. ad hoc, ut homo resurgat a pecco, postulat plenam, et pfam libertatem: semiplena a, et impfa libertas (undecumq. oriatur imperfectio) alte plena libertas n. e. Adde, qm plures Theologi iudicant, semiplene liberum n. ee alte liberum, nec alte voluntarium. Quomodo  poterit dici, aut, q. n. e alte voluntarium, ee dispositionem ad iustificationem? 2o inde aux semiplene liber e impfte liber: q n. e mitiusq. grq., et remissionis pecci: conveniens n. eet, q. Deus n. decreverit, at destinaverit hoc donum p. actu impfte libero. Praeterea q. hntus ille honestus n. significat opus, ita ut ex illo possint suppleri defectui libertatis, ut constat ex probatione a nobis habita n. 182. Demum nq. q. defectus libertatis in mito opere hntus honestatis moralis necessitantis, suppleri poterit ex dignitate operis, quq. dignitas resultat ex hntu honesto; sicut in Pro aucto peccante, id, q. deficeret libertati ppa hntus vitiosus, suppleret ex indigne peccantis.

e apud adversarios, quoniq. ad hoc ut aux liber peccatum terminetur gravi imputabili, 1. tertia lex ad aulq. cuius conveniens negatur spondenda indigne, 2 mar. 1 mar libertas est.

186 Nec urgent rat., quas innuit P. Suar. Aquinas, loco citato, q. lt. aux impfte liber ex Ipsitudine bi op. n. fit eque mitiusq. ac si eet pfte liber, n. ideo conveniat in ... nq. op. talis Ipsitudo: q. quidem verhite illis eliciat aliq., quq. forte n. elicerent

si talis consuetudinis non haberet. Et si actus non est damnum, sed fructus virtutis, et consuetudinis, ut majus fructus esset, si crederet psse liber. Addit S. Credo, inequalitas hujus termini potest compensari multitudine aliorum actuum ex eadem consuetudine, sive intra praecedentium. Sed inconveniens hoc ducit, cum ipse sentiat, eum actum non esse minorem de condigno; imo neque de congruo, ac propterea decorum, gratiae, et gloriae: ergo ut plures actus ei similes multiplicentur, illi omnes non aequabunt valorem unius actus honesti psse liberi, cui ex condigno, vel saltem ex congruo, correspondet terminus gratiae, et gloriae: sicut plura venialia peccata non adaequant malitiam, et demeritum unius culpae mortalis, ut docet communis.

187 Adde quod concedo, eum actum sic elicitum esse laudabilem, et aestimabilem; sed non esse aeque laudabilem, et aestimabilem, atque actus psse liber: unde nec erit aeque minus. Propterea quod laudabilitas, quam habet ille actus ex consuetudine, a qua procedit, redundat in ipsam consuetudinem: quis autem dubitet, consuetudinem de operandi esse laude dignissimam in iudicio, et aestimatione cujusque prudentis, et bene sentientis. 3° demum ratio, falsum assumit: etenim iuramenta temere facta ex consuetudine, et exinde indeliberata, et tantum semiplene libera, non sunt peccata lethalia, ut expresse docet S. Thomas 2a 2ae q. 98. art. 3. ad 1um, et cum eo plurimi Theologi videndi apud P. Thomam Sanchez lib. 3° Summae cap. 5. Qui vero oppositum sentiunt, reducunt malitiam mortalem ad voluntatem deliberatam retinendi talem consuetudinem, vel ad omissionem psse liberam extirpandi talis consuetudinis, vel ad libertatem psse in causa, vel ad alia hujusmodi.

188 Instabis adhuc, et dices contra hoc sistema. Semipla tantum deliberatio orta ex praedicto habitu vitioso, aut consuetudine, non excusaret a peccato mortali: alias sequeretur, quod Petrus pluries gravi peccasset in materia furti, et Paulus non peccasset, esset in causa, quod caeteris paribus, Petrus in eliciendo desiderio A gravis furti, esset meliorum conditionis apud Deum, quam Paulus in eliciendo desiderio B gravis furti; sed hoc absurdum est: ergo et absurda nostra responsio, ex qua infertur. Major probatur: quoniam ex eo, quod Petrus pluries peccasset gravi in materia furti provenire potest habitus vitiosus intensus adeo, quod moraliter necessitaret Petrum ad eliciendum desiderium A tali

morali necessitate, quæ Petrum excusaret à peccato mortali; et ex eo, quod Paulus nunquam peccasset gravi in materia furti, proveniret, quod Paulus non desit habitu virtutis, adeoque ulla morali necessitate eliceret desiderium illud, et consequenter non excusaret à mortali: Petrus esset melioris conditionis, quam Paulus ... ratio ... quia Petrus plures peccasset ..., esset in ea frali, et imma, quod ceteri paribus, Petrus in eliciendo desiderio illo gravi furti esset ... melioris conditionis apud Deum, non; esset in ea ... miata, et quasi efficienti, quod Petrus esset melioris conditionis naturæ, conditio mg. Explico. Esse ... melioris conditionis apud Deum dicit plus mereri apud Deum, scilicet plus Deo placere, quod quidem absurdum esset: At a Petrus dicat melioris conditionis naturæ apud Deum, sufficit, quod excusat ab imputabilitate gravi ad culpam, quod absurdum non est: neque enim est absurdum, quod ex eo, quod Petrus plures peccasset graviter in materia furti, ... ex causa miata, et quasi efficiente ... defectum libertatis ... quandoque ... sit partiali ... ea excusatio à peccato mortali.

## Disputatio 2.a

## Utrum libertas ad actus omnino æquales cum necessitate ad alterum sub disiunctione sufficiat ad meritum Theologicum.

189. Actus possunt dici æquales in triplici acceptione. 1°, ita quod adæquate loquendo sint eiusdem speciei infimæ, id est, methaphysicæ, et physicæ; et illi actus ita se habent, quod sint omnino æquales essentialiter, et intrinsecè, quod non aliqua essentialis intrinseca dissimilitudo, quantumcumque levis, detur inter ipsos actus. 2°, actus dici possunt æquales inter se in specie moralis conditionis: et illi actus ita se habent, quod pertinent ad eandem virtutem, seu Theologicam, seu moralem: v.g. actus Divinæ fidei, quo credo, mortuos esse surrecturos, et actus Divinæ fidei, quo credo, Christum in cœlos ascendisse, dicuntur æquales inter se in specie morali conditionis, quia pertinent ad eandem Theologicam virtutem, scilicet Divinam fidem, licet inter se sint intrinsecè, et essentialiter dissimiles in specie methaphysica. 3°, dici possunt æquales inter se in specie moralis æstimabilitatis: et illi actus erunt ita

rõe equales, q si eliciant à Pro, attentis õibus, quæ ad laudabilitatem, seu æstimabilitatem apud Deum in ordine ad remunerationem pertinent, exunt õiò æquè laudabiles, æquè æstimabiles, et remunerabiles apud Deum, ex quo stat, quod sint inæquales in bonitate, et 2° modo.

190 Difficultas est circa actus æquales in bonitate sive eiusdem sint speciei, sive diversæ, et inæquali perfectioni specifica: dummodo, õibus pensatis, actus æquales sint in æstimatione morali, quatenus intensior actus speciei imperfectioris compenset perfectionem actus speciei perfectioris remissi; ita quod vnius meritum non excederet meritum alterius, si vterque actus cum æquali, et plena libertate, cæterisque requisitis elicerent. Sive igitur actus sint eiusdem, sive diversæ speciei, dummodo supponant õiò æquales in æstimatione morali, vnde cumque proveniat eorum æqualitas, ad præsentem veniunt difficultatem, in qua rogat, an libertas ad actus sic æquales cum necessitate ad alterum eorum sub disjunctione sufficiat ad meritum apud Deum. exempli gratia, Petrus absolutè necessitatus ad Dei amorem A, vel B eliciendum, ita ut nec possit simul vtrumque elicere, nec simul vtrumque omittere, et per dictamen conscientiæ iudicat, se non magis Deo placere actu A, quam B, et vtrumque esse æqualis æstimationis, et honestatis moralis: Petrus ne eligendo actum A potius, quam B, merebitur apud Deum?

191 Nativè reo, ac probo breviter à priori: quod nulla æstimabilitas moralis datur in tali electione: ergo nulla meritorietas apud Deum. Patet cons: ans probo: nulla moralis æstimabilitas, nec laudabilitas datur in opere, quod ita ponitur ab operante, ut non se gerat per sua libertate, et actione laudabilius, et obsequentius erga Deum illud ponendo, quam se gereret illud non ponendo; sed opus positum ab operante physicè necessitato ad vnum è duobus bonis æqualibus, ita ponitur ab illo, ut non se gerat per sua libertate, et actione laudabilius, et obsequentius erga Deum, illud ponendo, quam se haberet illud non ponendo: ergo nulla æstimabilitas moralis datur in tali opere; ac proinde nulla meritorietas apud Deum. Maior ex ipsis terminis constat: quia nullius æstimabilitatis est opus, aut obsequium, quod non ponitur ab exercente suæ libertatis in ponendo obsequium, taliter quod ipsi ad laudem, et præmium imputari possit positio obsequii: ergo etc.

192 Ulterior huius declaratio desumenda est ex dictis in tractatu de Bonitate, et Malitia moralitate actus a num. 7., ubi est dissolutio opposita argumenta.

## Disputatio 3a.

### Utrum libertas innata, et remota sufficiat ad meritum in actu supernali, et intrinsece honesto ratione sui obiecti?

### Caput Primum.

### Probatur, sufficere.

193 Prius tamen supponi debet, actus imperantis efficaciam (quae talis dicitur ex eo, quod inferat actum internum volitionis, quem imperat per debitam intentionem) tollere libertatem immanentem, et propriam tali actui imperati, ita ut is necessario ponatur a voluntate, supposito actu imperante, et solum sit liber per libertatem eiusdem actus imperantis. Suppositionem huius asserunt acriter statuere, et suadere unanimiter P. Petrus Hurtado 2a 2ae disp. 136, et P. Reginaldus tom. V de Ente supernali disp. 68, P. Arriaga 1a 2ae tom. 1. disp. 2., quos sequuntur docti Mazinius. Et quidquid sit de veritate huius assertionis, ad praesentis disputationis illa debet supponi nam si cuius P. Vasquez, et aliis asserant, actum imperantem dumtaxat se applicando motiva, ut eliciat actum imperatum, atque sic propositis motivis, adhuc esse in potestate volitionis ponere actum imperatum, aut illius omissionem, certe sic nullus relinquitur quaestioni locus: si enim adhuc manet potestas in voluntate ad actum imperatum, et eius omissionem, posito actu imperato, iste gauderet sua propria libertate, et absque dubio suo esset proprio merito distincto a merito actus imperantis, si assint reliqua ad meritum requisita: si enim habet propriam libertatem, quare non et proprium meritum?

assint

194 Supponendum est id, quod ipse hic promittit, nimirum actum imperatum esse ex obiecto proprio, quod tendit, honestum, et ratione sui spontaneum. Est igitur sola quaestio, an actus internus imperatus in se non liber, ipse tamen bonus, et honestus, sit meritorius

ssprio mito? sive (quidque) an actus intrinsecus imperatus vere sui proprie bonitati, et honestatis, possint esse mitorii, quamquam non sit immediate liber in se, sed habens libertatem in alio, nimirum in actu illius imperante; ac proinde, quae sit mixta libertas? Et proinde dicendus sit tantum denominative, et denominative mitorius à mito actus imperantis, sicut ab huius libertate dicitur liber tantum denominative, et denominative? V.g., an electio mixta ratio procedens ex intrinsece libera efficaci finis, et actus dilectionis proxime imperati extracaritas, et detrahitur ab actu charitatis libero et imperante, ut huius libertati mixtatis, quam participant ab intrinsece, et actu imperante, habeant, quod sufficit, ut mitorii sint proprie mito?

195 Sic constanter tenent C. de Lugo tom. de Poenitentia disp. 15. sect. 9., P. Arriaga ubi supra sect. 3 subsect. 1o quos alii RR. PP. sequuntur. Sic affirmantes docent P. Suarez t. 2o. tum V. disp. 8. sect. 2., P. Vasquez q. 3o. disp. 93. cap. 4., quae subscribunt Coninck, Salas, Ripalda, Tredo, nonnullique P. Sylvester Maurus tom. 2o. lib. 6. q. 94. n. 32., alii recentes Magistri. Hos DD.es antepono prioribus, et pro eorum sententia calculum meum qualemcunque addo.

196 Probatur: quia mixta libertas actus imperati, penitus non tollit, quod talis actus habeat in se propriam bonitatem, et honestatem distinctam à bonitate, et honestate actus imperantis: ergo neque tollit, quod habeat in se proprium meritum distinctum à mito actus imperantis. Consequentia probatur: actum enim imperatum habere in se proprium meritum distinctum à mito imperantis, nihil est aliud, nisi habere in se propriam bonitatem distinctam à bonitate imperantis, potentem proxime movere ad praemium, tamquam quid aestimabile in genere moris, et tamquam obsequium quid Dei. Atqui actus imperatus habet (ut supponit) ex obiecto suo, quod intrinsece respicit, utrinque propriam bonitatem, et honestatem distinctam à bonitate, et honestate imperantis, quae possunt proxime movere ad praemium, tamquam quid aestimabile in genere moris, et tamquam obsequium quid Dei: libertas siquidem mixta hanc bonitatem non tollit, ut est manifestum. Rursus, libertas haec mixta sufficit, ut bonitas ea sit sic talis, ut late probavimus in tractatu de Bonitate, et malitia actuum n. 112. et seq.

Resp.: actui intrinsece bono, et honesto ex obiecto suo, et supernali mediate libero re ipsa accedit libertas agentis, illumque afficit, quamvis mediate, et extrinsece illum afficiat: ergo constituit in esse meriti. Prob. cons.: nam, ut actus intrinsece bonus, et supernalis, constituatur in ratione meriti, et obsequii apud Deum, sufficit, quod illi accedat libertas, ut illius honestas operanti tribuatur ad laudem, et praemium. Antec. prob.: quod illi actui intrinsece bono, et honesto, et supernali, mediate tantum libero accedit re ipsa, quod ita ponat, ut agens potuerit ante eius suppositionem ipsi liberum illum non ponere, et post suppositionem ipsi liberum negaverat illum non ponere; quod tantum est re ipsa accedere tali actui libertatem agentis, illumque afficere, quod erat.

197 Confirmatur a priori. Actus ratione sui sufficienter imputabilis dicitur operanti ad laudem, et praemium supernale, est in se formaliter meritorius; quod actus intrinsece bonus, honestus, et supernalis, mediate tantum, et remote liber, est ratione sui sufficienter imputabilis dicitur operanti ad laudem, et praemium supernale: ergo est in se formaliter meritorius. Cons. est legitima. Maior constat, et minor probatur: actus intrinsece bonus, honestus, et supernalis, mediate tantum, et remote liber, est actus continens rationem actus immediate liberi, et imputabilis: ergo est sufficienter imputabilis ad laudem, et praemium ei, cui actus antecedens bonus, et honestus imputatur, adeoque actus est imputatus consequenter. Prob. cons.: nam illi sufficienter imputatur ad laudem, et praemium, continens intrinsece bonum, et honestum honestate distincta a bonitate, et honestate antecedentis, cui imputatur ad laudem, et praemium, antecedentis boni, et honesti, adeoque ratio sequitur continens habens suam bonitatem, et honestatem intrinsecam, ut hic supponimus.

198 Obiicies: actus non habens in se libertatem, non habet in se bonitatem; sed actus imputatus non habet in se libertatem, ut supponitur: ergo neque habet bonitatem, atque adeo in se non est meritorius. Resp. dist.: nam sicut supponitur, actum imputatum non habere libertatem in se, ita est suppositum, ipsum in se esse honestum, et continere in se honestatem, et bonitatem, quae, si illi accedat libertas, erit imputabilis ad praemium. Rursus, etsi libertas sit conditio bonitatis (quod a pluribus negatur) tamen non est, unde possit probari, libertatem debere esse in actu, ut verificet esse bonitatem in eiusmodi actu: sufficiet namque, quod in actu sit id, quod specialiter, et formaliter constituit bonitatem actus, ut revera est. Pro huius tandem solutionis robore

et totius doct. recognitionem à nobis dicta de bonitate et malitia, et ... maximè, et ... à posteriori ... nostra probatur.

## Caput VI.

### Objectiones solvuntur.

199 Objicies 1°. actio externa ideo nequit esse minuendi meriti vel demeriti à merito vel demerito actus interni illam imperantis, quia non est in se formaliter et immediatè libera, sed actus internus imperatus non est in se formaliter, et immediatè liber, ... nec minuitur merito vel demerito à merito actus illius efficaciter imperantis. Respondeo negando majorem, ac dico, actionem externam non ideo non addere novam bonitatem supra internam, quod non est formaliter et immediatè libera, sed quod non habet in se formalem honestatem, cum non sit formalis tendentia ad objectum; actus vero internus, ... , habet utique honestatem formalem: ... est formalis tendentia ad objectum: unde potest esse minuendi, licet libertatem immediatam non habeat.

200 ... Instabis. Actio externa est ipsissimum objectum, ad quod fertur voluntas ... si libertas mediata sufficiat ad rationem meriti, actio externa erit etiam meritoria. Probatur consequentia 1°; quod propter quod unumquodque tale, et illud magis; sed voluntas, quae fertur ad actionem externam est bona propter actionem externam, ad quam fertur; ergo et ipsa actio externa erit etiam bona sufficienti bonitate ad meritum. 2°, Probatur et praecedens ratio declarat: quod enim voluntas homicidii v.g., mala est, quatenus fertur in objectum malum; sed ipsum homicidium est magis malum ... ratione, ... actus illud perpetrandi: ... demerebitur quis homicidium ipsum, quam ... actum interiorem illud perpetrandi ...; quod est ... 1° radix, et origo bonitatis, et malitiae: ... si libertas mediata non officit rationi meriti, ... demeriti, majus meritum, ... demeritum dabit in objectis ipsis, quam in actibus internis, qui circa illa versantur.

201 Respondeo, concesso antecedente, negando consequentiam. Ad 1° illius probationem dico, actionem externam, quae est objectum actus interni, non esse, nec habere in se bonitatem formalem, sed objectivam: unde per actionem externam potest actus internus habere bonitatem objectivam, sed non formalem. ... verò de hac objectiva bonitate verificatur ... ... Propter quod unumquodque tale ...: quatenus nimirum bonitas illa, quae relucet in actu interno terminative, magis in tendentia ... , ... in actione ipsa externa entitative, nimirum

tingm ex entitate opposita. Hoc autem est aliud, quam actum internum extra specifica-
ri ab actione externa, sicut actus visionis specificatur ab obiecto viso, et sicut hoc obiectum
specificat visionem, et ideo reperiatur in visione species illa formalis, quae dat in
ipsa visione; ita etiam actus externus specificat actum internum, et ideo in actione
externa reperiri debeat bonitas illa formalis, quae dat in actu interno:
postquam enim derivatur ab actu interno, in quo primario residet bonitas formalis
ad actionem externam; sicut ab actione externa, quae est radix bonitatis physicae transf-
funditur ad actum internum species suae physicae bonitatis.

202 Eodem modo ad 2um probatur dicen-
dum, malitiam formalem actus interni reperiri derivative etiam in actione externa; etiam ipsum
actum internum specificari quoad extrinsece a malitia obiecti, ad quod tendit; intrinsece vero,
et tingm a malitia formali ab eo, quod sit formalis tendentia ad tale obiectum.
Ex his ad 3um dicendum, homicidium consideratum in genere physico esse maius ma-
lum in Deipar. reali, quam ipsi homini casu, quam sola voluntas occidendi;
in genere autem moris, et in ipsis occidentis non esse maius malum homicidium perpe-
tratum, quam voluntas efficax illius exequendi; utrumque enim actum, internum scilicet, et externum, in-
formante eadem morali malitia, licet haec primario reperiatur in actu interno,
et exinde resultet ad actionem externam ex dictis de bono, et malitia hu-
manorum actuum. Ex quibus clare colligitur, quid dicendum ad 3um probationem. Obiecta igitur
sunt radix, et origo bonitatis, et malitiae in genere physico, non vero in genere
moris: namque in genere moris prius actus internus est radix, et bonitatis, et malitiae
formalis, quae derivatur ad actum externum: unde cum homo non sufficit libertas mixta
ad meritum, quamvis cum interno sufficiat.

203 Obiicies 5°. Quicumque sufficit est imputabile
ad demeritum, seu est meritum suum opus, quatenus est liberum eidem: eo enim sufficit medio
est meritum, aut demeritum opus, quoniam est imputabile operanti; sed sic actus imperans
est liberi immediate ratione sui, et actus imperatus sic est liber ratione alterius; sic actus impe-
rans est imputabilis, et meritorius immediate, et ratione sui, actus vero imperatus sic mediate,
et ratione alterius; ergo actus imperatus ratione sui nullam superaddit peculiarem me-
ritoriam, aut demeritoriam. Ideo desumitur: quicumque sufficit est imputabile ad
demeritum suum opus, quatenus est ipsi liberum, itaque libertas requiratur essentialiter ad imputa-

libitatis operari ad primum, sive ad minus operari, idea [illegible] et possessus liberi exhibeat ipsi in ea imputabili ad primum, sive in ea, meritum non mag. Concursus libertas sit partialis activa meriti, sunt in alia [illegible] libertatis, qui meritum efficere poss, et quod auctis, et libertas [illegible] augeat, augebit meritum. [illegible] imperatum [illegible] sui [illegible], quod sit et [illegible] sui auget, sed addit supra imperantis novum, et [illegible], et novum non addat libertatem supra libertatem imperantis: ergo nec meriti [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] faciendo [illegible] [illegible], undique augeat, augebit [illegible].

[illegible]

